

MASS PROPER: JUNE 28, VIGIL OF STS. PETER & PAUL

MASS *Dicit Dóminus* (violet)

INTROIT John 21:18-19

Dicit Dóminus Petro: Cum esses júnior, cingébas te et ambulábas, ubi volébas: cum autem senúeris, exténdes manus tuas, et álius te cinget et ducet, quo tu non vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificatúrus esset. (Ps 18:2)
Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus Petro: Cum esses júnior, cingébas te et ambulábas, ubi volébas: cum autem senúeris, exténdes manus tuas, et álius te cinget et ducet, quo tu non vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificatúrus esset.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut nullis nos permíttas perturbatió nibus cóncuti; quos in apostólicæ confessi ónis petra solidásti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 3:1-10

In diébus illis: Petrus et Joánnes ascendébant in templum ad horam orati ónis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabátur: quem ponébant cotídie ad portam templi, quæ dicitur Speci ósa, ut péteret eleemósynam ab introeúntibus in templum. Is cum

The Lord said to Peter, "When you were young you girded yourself and walked where you would. But when you are old you will stretch forth your hands, and another will gird you, and lead you where you would not." Now this He said to signify by what manner of death he should glorify God. (Ps) The heavens declare the glory of God, and the firmament proclaims His handiwork. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord said to Peter, "When you were young you girded yourself and walked where you would. But when you are old you will stretch forth your hands, and another will gird you, and lead you where you would not." Now this He said to signify by what manner of death he should glorify God.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that Thou suffer no disturbance to shake us, whom Thou hast founded on the rock of the confession of Thine Apostles. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Peter and John went up into the temple at the ninth hour of prayer. And a certain man who was lame from his mother's womb, was carried: whom they laid every day at the gate of the temple, which is called Beautiful, that he might ask alms of them that went into the temple. He,

vidisset Petrum et Joánnem incipiéntes introíre in templum, rogábat, ut eleemósynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joáinne, dixit: Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit: Argéntum et aurum non est mihi; quod autem hábeo, hoc tibi do: In nómine Jesu Christi Nazaréni surge, et ámbula. Et apprehénsa manu ejus déxtera, allevávit eum, et prótinus consolidátæ sunt bases ejus et plantæ. Et exsiliens stetit, et ambulábat: et intrávit cum illis in templum, ámbulans et exsiliens et laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulántem et laudántem Deum. Cognoscébant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemósynam sedébat ad Speciósam portam templi: et impléti sunt stúpore et éctasi in eo, quod contígerat illi.

GRADUAL Ps 18:5, 2.

In omnem terram exívit sonus eórum: et in fines orbis terræ verba eórum. V. Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

GOSPEL John 21:15-19

In illo témpore: Dixit Jesus Simóni Petro: Simon Joánnis, díligis me plus his? Dicit ei: Étiam, Dómine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei íterum: Simon Joánnis, díligis me? Ait illi: Étiam, Dómine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tértio: Simon Joánnis, amas me? Contristátus est Petrus, quia dixit ei tértio, Amas me? et dixit ei: Dómine, tu ómnia nosti: tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. Amen, amen, dico tibi: cum esses júnior, cingébas te et ambulábas, ubi volébas: cum autem senúeris, exténdes manus tuas, et

when he had seen Peter and John about to go into the temple, asked to receive an alms. But Peter with John fastening his eyes upon him, said: Look upon us. But he looked earnestly upon them, hoping that he should receive something of them. But Peter said: Silver and gold I have none; but what I have, I give thee: In the name of Jesus Christ of Nazareth, arise, and walk. And taking him by the right hand, he lifted him up, and forthwith his feet and soles received strength. And he leaping up, stood, and walked, and went in with them into the temple, walking, and leaping, and praising God. And all the people saw him walking and praising God. And they knew him, that it was he who sat begging alms at the Beautiful gate of the temple: and they were filled with wonder and amazement at that which had happened to him.

Their sound went forth into all the earth: and their words to the end of the world. The heavens show forth the glory of God: and the firmament declareth the works of His hands.

At that time, Jesus said to Simon Peter: Simon, son of John, lovest thou Me more than these? He saith to Him: Yea, Lord, thou knowest that I love thee. He saith to him: Feed my lambs. He saith to him again: Simon, son of John, lovest thou me? He saith to him: Yea, Lord, thou knowest that I love thee. He saith to him: Feed my lambs. He said to him the third time: Simon, son of John, lovest thou me? Peter was grieved, because he had said to him the third time: Lovest thou me? And he said to him: Lord, thou knowest all things: thou knowest that I love thee. He said to him: Feed my

álius te cinget et ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificáturus esset Deum.

OFFERTORY Ps 138:17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

SECRET

Munus pópuli tui, quæsumus, Dómine, apostólica intercessióne sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION John 21:15, 17.

Simon Joánnis, díligis me plus his? Dómine, tu ómnia nosti: tu scis, Dómine, quia amo te.

POSTCOMMUNION

Quos cælésti, Dómine, álii ménto satiásti: apostólicis intercessiónibus ab omni adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

sheep. Amen, amen I say to thee, when thou wast younger, thou didst gird thyself, and didst walk where thou wouldst. But when thou shalt be old, thou shalt stretch forth thy hands, and another shall gird thee, and lead thee whither thou wouldst not. And this he said, signifying by what death he should glorify God.

To me, Thy friends, O God, are exceedingly honorable; their principality is exceedingly strengthened.

Sanctify, we beseech Thee, O Lord, the offering of Thy people, by the intercession of Thine Apostles, and cleanse us from the stains of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Simon, son of John, lovest thou Me more than these? Lord, Thou knowest all things: Thou knowest, Lord, that I love Thee.

O Lord, by the intercession of Thine Apostles keep from all harm those whom Thou hast filled with heavenly food. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.